

WLADISLAUS dei gratia Hungarie Bohemie Dalmatie Croatie Rame Seruie Gallitie Lodomirie Cumanie Bulgarię Rex Marchio Morauie Dux
 Slesie & Lucemburgensis Ac Marchio Lusatie Ad perpetuam rei memoriam Notum facimus tenore presentium Vniuersis & singulis ad quos presentes nostre
 littere peruenerint Quod quum dilectos fideles nostros Ciuēs & cōmunitatem ciuitatis nostre Budissensis a monasterijs in quibus filij & filie eorum religiose
 uiuunt multum grauati intelligamus ita quod Abbates & Abbatisse ac alij prelati dictorum monasteriorum quum parentes illorum qui in ea ingressi sunt
 moriuntur parte hereditatis paterne & materne contenti esse nolint Sed fratrum mortuorum & sororum necnon agnatorum & cognatorum relicta bona postulat
 & ad claustra eorum dari compellunt sicq; & per hunc modum ditissimas hereditates ad monasteria afferunt ceteris heredibus in maxima iactura Qui tñ de bonis
 eorū qui in monasterijs moriuntur nihil unq; ad fratres agnatos aut cognatos ipsorum peruēiat sed omnia his monasterijs manere consueuerūt Immo per hunc
 etiā modū iuxta ordinaria dictorū nostrorū fidelū ad que ipsi & tota Lusatia ordinati sunt derogationē non modicā suscipiūt Postq; ob dictas hereditates Abbates
 & Abbatisse dictos fideles nostros extra prouintiam ad remota loca in alienā etiā iurisdictionē citare presumunt Ne igitur talia grauamina que a prefatis mo
 nasterijs & illorū prelatis fidelibus nostris inferuntur maius indies robur accipiant & in futurum incommoda maiora inducere ualeāt Ex plenitudine po
 testatis predictis fidelibus nostris ciuib; & cōmunitati ciuitatis nostre Budissen eiusmodi demceps priuilegium dare & concedere deliberauimus Immo
 damus concedimus & his litteris nostris regalibus confirmamus Vt postquam memorati fideles nostri filijs suis aut filiabus agnatis & cognatis quos uel
 quas ad eiusmodi religiosorum monasteria dederunt pro paterne aut materne hereditatis parte satisfecerunt Nihil ulterius prefatis monasterijs de
 quacūq; parte hereditatis cognatorum uel agnatorum teneantur neq; memorata monasteria aut prelati talium a fratribus aut sororibus cognatis uel
 agnatis quicquam petere uel exigere poterunt Sed contenti omnino manebunt quum paternam & maternam partem receperunt Vt igitur omnia
 firmiter teneantur itaq; & inuolata permaneant officialibus nostris qui modo sunt & in futuro erunt districte mandando precepimus Vt prefa
 tos nostros ciues nomine nostro manuteneant neq; quemq; occasione talium hereditatum ammodo turbare & molestari quoquomodo permittant
 Sub pena Quinquaginta marcarum auri quas pro Camera nostra contrasatientes irremissibiliter soluere tenebuntur In quorum quidem omnium fidem
 Armamento nro presentes litteras fieri maioriq; Sigilli nostri appensione muniti precepimus Datas Bude die Sancti Bartholomei Anno xpi

Ex mandato p[ro]prio m[ag]ist[ri] Regi p[er] Joannem
 S[ec]retariū m[ag]ist[ri] s[en]e Cancellariū boem[um]

